

mus: Doctores vero insuper & Lectores, dum docent in publico, ex certa scientia & deliberatè intellectum Constitutionis hujusmodi depravantes, facientes quoque commentum, scripturas, seu libellos, ac ex certa scientia & deliberatè determinantes in scholis, seu prædicantes contra predicta, vel aliqua seu aliquid prædictorum (non obstantibus aliquibus privilegiis, vel indulgentiis, aut litteris Apostolicis quibuscunque Dignitatibus, Personis, Ordinibus, aut locis Religiosis vel Secularibus generaliter vel singulariter sub quacunque forma vel expressione verborum concessis, quæ nolumus aliquibus in præmissis quomodolibet suffragari) excommunicationis sententiæ, quam nunc in ipsos proferimus, se noverint subiacere; à qua per neminem nisi per Romanum Pontificem possint absolvi. Insuper tam istos contra quos per nos excommunicationis est prolata sententiæ, quam alios (si qui fuerint) contra præmissa vel eorum aliquid venientes, ad Sedis memoriæ volumus deduci noticiam; ut quos provivus modus aequitatis non arceat à veritate, compescat rigor Apostolicæ ultionis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ declarationis, ordinationis, & dispositionis, suppletionis, approbationis, confirmationis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Siriani xvij. Kalendas Septembris, Pontificatus nostri anno secundo.

IV. BONIFACIUS VIII. [c. an. 1298. Roma.]

Exemptis Cellis alicujus Monasterii, quid appellatio Cella significet, hic ostendit. Joan. And.

Privilegium Monasterio tuo concessum, ut Monachi siue Fratres in Cellis ad Monasterium ipsum spectantibus habitantes, ab alio, quam à Papa, vel ejus Legato excommunicari, aut suspendi, vel ipse Cella interdico supponi non possint: non Fratres in Prioratibus, Ecclesiis, seu Capellis ejusdem Monasterii commorantes, aut ipsos Prioratus, Ecclesias vel Capellas ab Ordinariorum jurisdictione in aliquo, sed residentes tantum in Cellis, & Cellas ipsas (hoc est loca secreta & solitaria: quæ ab hominum separata convictu sunt ad contemplandum & Deo vacandum specialiter deputata) defendat.

V. IDEM. [c. an. 1298. Roma.]

Privilegiato aliquo, ut possit conferre beneficia Clericorum suorum: quid appellatio Clericorum suorum designet, ostendit. Joan. And.

Sicut nobis significare curasti, tibi gratiosè concessimus, ut beneficia Clericorum tuorum cedentium vel decedentium possis conferre: quodque idem Clerici Præbendarum suarum fructus percipiant, ac si in suis Ecclesiis personarum residerent. Verum quia dubitas, qui Clericorum tuorum appellatio debeant contineri: Brevis respondemus oraculo, quod illos in his & similibus casibus tuos volumus intelligi Clericos, qui per te non quaesiti, propterea vel recepti sine fraude & fictione qualibet verè tui Clerici familiares existunt, & in tuis expensis continue Domestici Commeniales. Etiam si quos ex illis aliquando pro tuis gerendis negotiis abesse contingat.

DE REGULIS JURIS.

BONIFACIUS VIII. P. [c. an. 1298. Roma.]

Regula i. Beneficium Ecclesiasticum non potest licitè sine institutione Canonica obtineri. Regula ij. Possessor malæ fidei ullo tempore non præscribit. Regula iij. Sine possessione præscriptio non procedit. Regula iv. Peccatum non dimittitur, nisi restituatur ablatum. Regula v. Peccati venia non datur nisi correcto. Regula vj. Nemo potest ad impossibile obligari. Regula vij. Privilegium personale personam sequitur, & extinguitur cum persona. Regula viij. Semel malus, semper præsumitur esse malus. Regula ix. Ratum per quem non potest, quod ipse nomine non est gestum. Regula x. Rationem retrotrahi, & mandato non est dubium comparari. Regula xj. Cum sunt partium jura obscura, Reo favendum est potius, quam Actori.

<sup>1</sup> In isto ver. nota, quod Papa potest sibi rebellantes excommunicare, & ultra adhuc aliter punire. Font.

<sup>m</sup> Aliis ita, etiam si ex illis aliquos aliquando, &c.

<sup>n</sup> Aliis ita, idem.

<sup>o</sup> Ex beato Augustino Epistola 54. ad Macedonium refert Ivo in Decreto part. 13. c. 4. & part. 15. & 25.

<sup>p</sup> Vide Rufin. Consil. 27. lib. 4. & Consil. 129. eod. lib.

IDEM. Regula xij. In Judiciis non est acceptio personarum habenda. IDEM. Regula xij. Ignorantia facti, non Juris excusat. IDEM. Regula xiv. Cum quis in jus succedit alterius, justam ignorantiam causam censetur habere. IDEM. Regula xv. Oda restringi, & favores convenit ampliari. IDEM. Regula xvj. Decet concessum à Principe beneficium esse mansurum. IDEM. Regula xvij. Indultum à jure beneficium, non est alicui aufertur. IDEM. Regula xvij. Non firmatur tractu temporis, quod de jure ab initio non subsistit. IDEM. Regula xix. Non est sine culpa, qui rei, quæ ad eum non pertinet, se immiscet. IDEM. Regula xx. Nullus pluribus uti defensionibus prohibetur. IDEM. Regula xxj. Quod semel placuit, amplius displicere non potest. IDEM. Regula xxij. Non debet aliquis, alterius odio prægravari. IDEM. Regula xxij. Sine culpa, nisi subit causa, non est aliquis puniendus. IDEM. Regula xxiv. Quod quis mandato facit Judicis, dolo facere non videtur: cum habeat parere necesse. IDEM. Regula xxv. Mora sua culibet est nociva. IDEM. Regula xxvj. Ea, quæ fiunt à Judice, si ad ejus non spectant officium, viribus non subsistunt. IDEM. Regula xxvij. Scienti & consentienti non fit injuria neque dolus. IDEM. Regula xxvij. Quæ à jure communi exorbitant, nequaquam ad consuetudinem sunt trahenda. IDEM. Regula xxix. Quod omnes tangit, debet ab omnibus approbari. IDEM. Regula xxx. In obscuris minimum est sequendum. IDEM. Regula xxxj. Eum, qui certus est, certioris alterius non oportet. IDEM. Regula xxxij. Non licet actori, quod reo licitum non existit. IDEM. Regula xxxij. Mutare consilium quis non potest, in alterius detrimentum. IDEM. Regula xxxiv. Generi per speciem derogatur. IDEM. Regula xxxv. Plus semper in se continet, quod est minus. IDEM. Regula xxxvj. Pro possessore habetur, qui dolo desit possidere. IDEM. Regula xxxvij. Utile non debet per inutile vitari. IDEM. Regula xxxvij. Ex eo non debet quis fructum consequi, quod minus extitit impugnare. IDEM. Regula xxxix. Cum quid prohibetur, prohibentur omnia, quæ sequuntur ex illo. IDEM. Regula xl. Pluralis locutio, duorum numero est contenta. IDEM. Regula xli. Imputari non debet ei, per quem non stat, si non faciat, quod per eum fuerat faciendum. IDEM. Regula xliij. Accessorium naturam sequi congruit principali. IDEM. Regula xliij. Qui tacet, consentire videtur. IDEM. Regula xlij. Is, qui tacet, non fatetur: sed nec utique negare videtur. IDEM. Regula xlv. Inspecimus in obscuris, quod est verisimilius, vel quod plerumque fieri consuevit. IDEM. Regula xlvj. Is, qui in jus succedit alterius, eo jure, quo ille uti debet. IDEM. Regula xlvij. Præsumitur ignorantia, ubi scientia non probatur. IDEM. Regula xlvij. Locupletari non debet aliquis cum alterius injuria, vel jactura. IDEM. Regula xlix. In poenis benignior est interpretatio facienda. IDEM. Regula l. Actus legitimi, conditionem non recipiunt neque diem. IDEM. Regula lj. Semel Deo dicatum, non est ad usum humanos ulterius transferendum. IDEM. Regula lij. Non præstat impedimentum, quod de jure non sortitur effectum.

Regula liij. Qui licet, quod est plus, licet utique, quod est minus. IDEM. Qui prior est tempore, potior est jure. IDEM. Qui sentit onus, sentire debet commodum, & e contra. IDEM. In re communi potior est conditio prohibentis. IDEM. Contra eum, qui legem dicere potuit, apertius est interpretatio facienda. IDEM. Non est obligatorum, contra bonos mores præstitum juramentum. IDEM. Dolo facit, qui petit, quod restituere oportet eundem. IDEM. Non est in mora, qui potest exceptione legitima se tueri. IDEM. Quod ob gratiam alicujus conceditur, non est in ejus dispendium retorquendum. IDEM. Nullus ex consilio, dummodo fraudulentum non fuerit, obligatur. IDEM. Exceptionem obijciens, non videtur de intentione adversarii confiteri. IDEM. Quæ contra jus fiunt: debent utique pro infectis haberi. IDEM. In pari delicto vel causa, potior est conditio possidentis. IDEM. Cum non fiat per eum ad quem pertinet, quo minus conditio impletur, haberi debet perinde ac si impleta fuisset. IDEM. Quod alicui suo non licet nomine: nec alieno licebit. IDEM. Potest quis per alium, quod potest facere per seipsum. IDEM. In malis promissis fidem non expedit observari. IDEM. In alternatis electoris est electio, & sufficit alterum adimpleri. IDEM. Qui ad agendum admittitur, est ad excipiendum multò magis admittendus.

<sup>r</sup> Vide e. c. cum dilectus de Confess. Thom. 2. 2. q. 89. art. 7.

<sup>s</sup> De commodi possessione vide Doctor. in l. quoties. c. de rei vind.

<sup>t</sup> Vide B. Thom. 2. 2. q. 29. art. 7. & Turrecrma. in cap. si aliquid. 2. 2. q. 4. <sup>u</sup> In omnibus antiq. codicibus legitur debitoris.

<sup>v</sup> Per hanc Regulam dicunt Phil. Joan. And. non tolli sponsalia per matrimonium ob consanguinitatem resolutum, & fallit hæc Regula in his quibus tacita voluntas sufficit. de Leg. 1. plenè in prin. Ant. Fab. §. posteriori. Quibus mod. infer.

Regula liij. Qui facit per alium, est perinde, ac si faciat per seipsum. IDEM. Factum legitime retractari non debet, licet casus postea eveniat, à quo non potuit inchoari. IDEM. Quod alicui gratiosè conceditur, trahi non debet alius in exemplum. IDEM. Frustrà sibi fidem quis postulat ab eo servari, cui fidem à se præstitam servare recusat. IDEM. Delictum personæ, non debet in detrimentum Ecclesiæ redundare. IDEM. Rationi congruit, ut succedat in onere, qui substituitur in honore. IDEM. In argumentum trahi nequeunt, quæ propter necessitatem aliquando sunt concessa. IDEM. Nemo potest plus juris transferre in alium, quam sibi competere dignoscatur. IDEM. In toto partem, non est dubium contineri. IDEM. In generali concessione non veniunt ea, quæ quis non esset verisimiliter in specie concessurus. IDEM. Qui contra jura mercatur, bonam fidem præsumitur non habere. IDEM. Bona fides non patitur, ut semel exactum iterum exigatur. IDEM. Cum quid una via prohibetur alicui, ad id alià non debet admitti. IDEM. Contractus ex conventionione, legem accipere dignoscuntur. IDEM. Damnum, quod quis sua culpa sentit, sibi debet, non aliis imputare. IDEM. Infamibus portæ non pateant dignitates. IDEM. Certum est, quod is committit in legem: qui legis verba complectens, contra legis nititur voluntatem. Data Romæ apud Sanctum Petrum v. nonas Martii, Pontificatus nostri anno quarto.

Regula liij. Qui facit per alium, est perinde, ac si faciat per seipsum. IDEM. Factum legitime retractari non debet, licet casus postea eveniat, à quo non potuit inchoari. IDEM. Quod alicui gratiosè conceditur, trahi non debet alius in exemplum. IDEM. Frustrà sibi fidem quis postulat ab eo servari, cui fidem à se præstitam servare recusat. IDEM. Delictum personæ, non debet in detrimentum Ecclesiæ redundare. IDEM. Rationi congruit, ut succedat in onere, qui substituitur in honore. IDEM. In argumentum trahi nequeunt, quæ propter necessitatem aliquando sunt concessa. IDEM. Nemo potest plus juris transferre in alium, quam sibi competere dignoscatur. IDEM. In toto partem, non est dubium contineri. IDEM. In generali concessione non veniunt ea, quæ quis non esset verisimiliter in specie concessurus. IDEM. Qui contra jura mercatur, bonam fidem præsumitur non habere. IDEM. Bona fides non patitur, ut semel exactum iterum exigatur. IDEM. Cum quid una via prohibetur alicui, ad id alià non debet admitti. IDEM. Contractus ex conventionione, legem accipere dignoscuntur. IDEM. Damnum, quod quis sua culpa sentit, sibi debet, non aliis imputare. IDEM. Infamibus portæ non pateant dignitates. IDEM. Certum est, quod is committit in legem: qui legis verba complectens, contra legis nititur voluntatem. Data Romæ apud Sanctum Petrum v. nonas Martii, Pontificatus nostri anno quarto.

ANNO QUARTO. 1298.

<sup>y</sup> Vide glo. in c. de dilat. gl. in c. placuit 26. q. 3. Innoc. in c. cum dilectus. de ordi. cognitio. nam. Ant. de Butrio in c. i. de Dolo & Doctor. in l. submissus. C. de juris. Ecclæs.

<sup>z</sup> Nota quod conventio partium legem inducit quæ in contrariis ferenda est. Philip. al. alii.